



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

XCIV. Die Herzogin von Braunschweig transsumirt und bestätigt einen Lehnbrief ihres verstorbenen Gemahls vom Jahre 1313, worin dem Ebelin von Buzst eine Hebung aus Stendal verliehen wird, am 24. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XCIV. Die Herzogin Agnes von Braunschweig transsumirt und bestätigt einen Lehnbrief ihres verstorbenen Gemahls vom Jahre 1313, worin dem Ebelin von Busst eine Hebung aus Stendal verliehen wird, am 24. Dezember 1319.

Agnes, Dei gracia Ducissa Brunswicensis, Univerſis hoc scriptum cernentibus salutem cum affectu sincero. Noveritis, quod literas magnifici Domini Waldemari, Marchionis quondam Brandenburgensis, nostri conthoralis clare memorie, vidimus sigillo suo vero sigillatas, in nulla parte viciatas in hec verba (Urk. de 1313). Nos igitur Agnes, Ducissa predicta, fatemur, quod predictam collacionem approbavimus et approbatam presentibus confirmamus, Quas nostro sigillo in testimonium evidens fecimus communiri Tangermundis, Anno Domini MCCCXX, vigilia nativitatis Christi.

Hift. Sammlung Heft IV, 372.

XCV. Das Capitel zu Stendal befundet, wie es mit dem Patronat des Altars gehalten werden soll, den Mag. Dieterich Steinfeld und Johann Krokewendel in der Petrikirche daselbst zu stiften beabsichtigen, etwa 1320.

Segerus, dei gratia Stendaliensis Ecclesie prepositus, Thidericus, eadem miseratione decanus, necnon totum Eiusdem Ecclesie capitulum vniuersis crisi fidelibus presenciam visuris in vero salutari salutem, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, Quod in augmentum cultus diuini et ad petitionem fauorabilium amicorum nostrorum Magistri Thiderici de Steinuelth ac domini Johannis Krokewendel deliberata voluntate duximus annuendum, vt iam dicti domini, scilicet Thidericus et Johannes, in Ecclesia Sancti Petri Stendal. fundandi et dotandi altaris, quandocumque decreuerint, Tunc Jus patronatus seu presentacio ad ipsos vel ad ipsum, qui superuixerit, pertinebit. Si autem voluerint, vt post mortem vtriusque fundetur illud altare, Tunc Jus patronatus seu presentacio ad consangwineum vel consanguineos predictorum duorum, quem vel quos ipsi vel eorum testamentarius vel testamentarii elegerint, hereditarie pertinebit, In hunc modum, vt consangwineus talis vel consangwinei post mortem sepe predictorum dominorum primam habeant presentacionem et capitulum Ecclesie nostre secundam et sic presentacio deinceps inter capitulum nostrum et predictum consangwineum vel consanguineos in perpetuum alternetur. Bona dotationis seu redditus huius erunt hec: in curia prefecti in Ostheren VII modii siliginis, in curia henningi Rodolphi ibidem vnus chorus ordeï et X modii siliginis, in curia Gysonis ibidem vnus chorus ordeï et XVI modii siliginis, in curia hynrici, filii Gerardi de lapide, XI modii siliginis, in curiis Gerardi Mancop et filii Gerardi Kunowe IIII modii siliginis siti sunt. In villa vero Dornstede in curia Thiderici de Welle dimidius Chorus siliginis et dimidius ordeï siti sunt. In quorum euidentiam sigillum Capituli nostri duximus presentibus apponendam. Datum.

Nach dem Originale im Besiz der Petrikirche, das ohne Hinzufügung des Datums besiegelt ist.